

686.

1279 d. 26 Aug.

Kon. MAGNUS Is Tillståndsbrief för Bisk. HENRIC i Linköping att anlägga en stad vid Berga i Finveden.

A. 3. o. 1: 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis. M. dei gracia Rex Sweorum, salutem in domino sempiternam. Presentibus litteris constare uolumus presentibus & futuris Nos admississe & licentiam dedisse domino. H. Episcopo Lincolpensi ut in terris quas habet in uilla Bierghom Finwidie. uillam forensem constituat prout melius uiderit & nouerit expedire Jtem uolumus quod dicta uilla cum in ipsius terra constituitur tam in regalibus omnibus causis & juribus quam Episcopalibus dicto Episcopo & suis successoribus pertineat pleno iure. Datum anno dominj. M°.CC°.LXX°. Nono. Sabbato post festum beati bartholomej apostoli.

Sigillet tillika med ett stycke af brefvet bortskuret.

687.

1279 d. 17 Sept.

Söderköping.

WERNER BRUNKES Salu- och Sköte-bref på jord i Ekeby till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 3. g. 1: 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Vernerus dictus brunco. salutem in domino ihesu christo Coram uniuersitate uestra tenore presencium recognoscimus. nos predium dictum echeby uidelicet quindecim solidos terre cum dimidio. venerabili patri domino Anundo strenggiænensi episcopo pro triginta marcis denariorum vsualis monete legaliter uendidisse presente & consenciente domino nostro rege magno. Ex cuius liberalitate nobis dictum predium scotatum fuerat perpetualiter & collatum quam quidem summam pecunie nobis integraliter numeratam & solutam esse protestamur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus consignari. Datum anno domini. M°.CC°.LXX°.IX°. in uilla suthurcopie in dominica proxima post exaltacionem sancte crucis.

Sigillet bortfallet.

688.

1279 d. 11 Oct.

Ydö.

ULFHILD MAGNUSDOTTERS Bref rörande utbyte af Wi i Ydre härad mot Frösberg i Westergöthland till hennes man BIRGER PHILIPSSON.

A. 6. a. 1: 19.

Vniuersis presentes litteras inspecturis V. quondam magni legiferi filia salutem in domino sempiternam. Tenore presencium vobis constet. Nos